UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

Privilegiorvm Svmma Pro Impressore Camerali & Vaticano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-81440

Visual Library

PRIVILEGIORVM SVMMA PRO IMPRESSORE Camerali & Vaticano.

CLEMENS Papa VIII diplomate ſanxit ne quis citra voluntatem Dominici Baſæ olim in Typographia Vaticana Impreſsoris Sacra Biblia, Concilia generalia, Epiſtolas decretales, Libros ad Eccleſiaſticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum Volumina, libros etiam cujuſcumque generis, vel noviter ab ipſo edendos, vel novis additionibus auctos per decennium ab editione cujuſque voluminis imprimat, vel impreſſa venalia habeat. Quod Privilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in favorem Hieremiæ Guelfi I. V. D. ac Impreſsoris Cameralis tranſtulit, indulſitque. Idem Gregorius Papa XV. Literis expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ ſententiæ pœna puniuntur. Quod ſi in terris S. R. E. ſubiectis id contigerit, confiſcatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri ſolutione mulctabuntur, vt latiùs patet in literis ipſius Gregorii Papæ ſub datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatus ſui anno primo. Ac idem Vrbanus Octavus peculiaribus literis datis apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus ſui anno quinto in favorem Andreæ Brugiotti Impreſſoris Cameralis, & Vaticani tranſtulit, indulſitque. Ac iterum Innocentius X. peculiaribus literis datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impreſſoris Cameralis, ac Vaticani, confirmavit ſub annulo Piſcatoris die 1. Martij 1646. Et tandem omnia ſupradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulſit Sanctiſſ. D. N. Alexander VII. in favorem Zenobij Maſotti præſentis Impreſsoris Cameralis, & Vaticani, datis literis die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno decimo.

SERIES

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN